¶ Orus vnde format: a terminatis in or us addita: vt odorus/ canorus decorus/ sonorus: ⁊ actiue capiunt. Uirgilius tñ passiue ꝓtulit odorus. i eneide. Massilique ruũt equites ⁊ odora canũ vis.

A verbis vel nominibus formabitur orus
Uirgo decora canit carmen mihi voce sonora
Sed maro passiue sic fert ⁊ odora canum vis

¶ In lentus ⁊ osus terminãtia denoĩatiua vehementiã plenitudinẽ copiã affectionẽ ve denotent: vt ingeniosus: saxosus: animosus: somnolentus qui vehementiam copiãqꝫ hoꝝ habet: vinosus factiosus qui ad hec affectus est: hoc est dispositus.

Affectum plenum designat lentus ⁊ osus
Sicut vinosus demonstrat ⁊ ingeniosus

¶ Quedã etiã in osus terminata actionẽ significãt: vt studiosus. quedã passionẽ: vt odiosus inuidiosus qui patitur odiũ vel inuidiã. quedã etiã

vtrūqʒ significant: vt voluptuosus formidolosus operosus laboriosus q facit vel patitur formidinē laborē voluptatem.

Actum significant studiosus siue perosus
Passio signatur odiosus ⁊ inuidiosus
Denotat vtrūqʒ quandoqʒ quod exit in osus
Que dat opus formido labor velut est operosus

¶ In būdus finita nō silr̄itudinē sed verbi cuius sūt vim copiāqʒ significāt: vt moribūdus vitabūdus letabūdus gloriabūdus actabūdus.

Non simulat bundus: sed abundat siue frequentat
Ut iactabundus errabundus moribundus

¶ Quid est nomen diminutiuū? qđ diminutionē sui primitiui significat. Que sūt terminatōes diminutiuoꝝ vsuales? he. culus: vt grāmaticulus ventriculus/pāniculus. cula: vt meretricula/diecula/nubecula/res recula. Culū: vt vasculū munusculū opusculū. Ellus ella ellū: vt libellus fabella castellū lucellū a lucrū. Illus illa illū: vt lapillus pugillus a pugnus/māmilla sigillū ostillū punctillū vexillū a velū/villū a vinū. Olus ola olū: vt sciolus filiolus aureolus malleolus laureola palliolū. Leus: vt aculeus ocule⁹ equs equleus/lex legule⁹. vncio vt homūcio senecio. Et fere hec duo sunt in cio nō plura. Aster finita fere etiā hec sūt diminutiua. Surdaster ⁊ recaluaster. Nā reliqua imitationē potius significant: vt parasitaster antoniaster philosophaster.

Nominibus que diminuūt varios dabo fines
Ellus ⁊ illus olus la lum quoqʒ iūgitur istis
Est olus atqʒ leus simul vncio iungis ⁊ aster

¶ Nota qꝫ ex diminutiuis in nonnullis formant diminutiua: vt ex arca arcula/arcella arcellula/paulum paululū/pauxillū pauxillulū in quo est quartus diminutionis gradus ſm Donatū.

Ex illis que diminuunt minuentia formes
Ex arca dic arcula dic arcellula cella.

¶ Que noīa vident esse diminutiua ⁊ nō sūt? Auiculus cuniculus musculus pediculus siue pedūculus cuculus auis/cicercula nomē leguminis/nouacula tōsoris culter/anniculus la. lū. hoc est vni⁹ anni/ridiculus a. um. dignū risu/⁊ vernaculus a. um. i. domi nr̄e natus vel vulgaris: vt vernacula ligua. i. materna vel vulgaris ligua: sūt p̄terea multa neutra vt vmbraculū cenaculū crepusculū vinculū amiculū pro quodā genere amict⁹ instar palliū/curriculū ꝑ cursu ⁊ ꝑ loco ī quo currit ⁊ ꝑ curru: cubiculū in quo est cubile/couēticulū ꝑ couētu/baculus cui⁹ diminutiuū est bacillus: reperit etiā baculū neutri gn̄is. Ouidi⁹ li. xv. Esse solet baculūqʒ tenēs agreste. a scđa ꝑsona verboꝝ deriuant q̄dā: vt diuerticulū verriculū periculū oraculū ꝓpugnaculū obstaculū miraculū ꝓpediculū

D·D

De nominibus diminutiuis.

speculū ꝑ speciculū a specio cis qđ non est in vsu: ferculū a fero fers.

Hec non sunt minuentia: sed tamen esse videntur
Cuniculus sit auūculus atqꝫ pediculus adde
Musculus ⁊ cuculus coniunge cicercula dictis
Anniculus cum ridiculusqꝫ nouacula ponas
Et vernaculus his vmbracula vincula iungas
Sunt cenacula suntqꝫ crepuscula curriculūqꝫ
Addis amicula cūqꝫ cubicula sit baculusqꝫ
Et baculum neutri generis posuit quoqꝫ naso.
Esse solet baculūqꝫ tenens agreste
Sicqꝫ periclum discrimen notat experimentum
Adde culum quod dat verbi persona secunda
Ut perpendiculum speculum diuerticulūqꝫ
Et conuenticulum quod congregatio fertur
Religiosorum fratrū puta vel monachorum

¶ Notādū etiā ꝙ q̄dā diminutiua recte formant̄ q̄ tñ in significatōe dissentiūt a suo primitiuo: vt a mēta q̄ est herba magnū reddēs odorem fit mētula q̄ significat virilia. ab os oris fit osculū qđ significat basiū. ab acu qua vestes sarciūt fit acicula qua mulieres vtunt̄ ad capitis ornatū. ab angue serpēte fit anguilla piscis. ab aure fit auricula q̄ significat cartilaginē illā q̄ est circa auriū cōcauitatē. ⁊ fidicula hoc est chordula siue neruulus cythare a fide que est genus cythare ꝺm festū Pompeum.

Recte formata variant hec significata.
Aciculam cum fidiculam quibus oscula iungas
Auriculam simul anguillam coniungimus illis

¶ Quot causis ꝓferunt̄ diminutiua? trib⁹. necessarie sigtiōis cā. Salustius postq̄ reguli in vnū cōuenere. Urbanitatis. Juuenal' satyra. iij. Uñ fit vt malim fraterculus esse gigantū. Adulatōis cā vt corculum.

Diminuunt quedam triplici tibi nomina causa
Cum sit opus vel vt vrbanus fiam vel adulor

¶ Quid est nomen patronymicū? Est illud qđ significat filiū vel filiam nepotē aut neptē vel aliū descendentē: ꝓprie tñ a noībus patrū ꝓpriis deriuant̄ patronymica. Quot sunt terminatōes patronymicorū? quattuor. in des masculina. in as vel in is vel in ne feminina: vt Priamides filius Priami. Priamis filia. Pelias peliadis vel dos. filia pelei. Adrastine filia vel nepos adrasti. Acrisione filia acrisii.

Sunt patronymicis bis bini deniqꝫ fines
Mascula des faciunt as is ne femina poscunt
Priamides priami natus priamis quoqꝫ nata
Eneis legitur Eneas: sed legeretur
Ne quoqꝫ pauca dabunt velut acrisione nerine
Sic adrastine que filia fertur adrasti.

¶ Quō formant patronymica masculina: si eorꝫ primitiua prime sint declinatōis aut scđe a gtō formant. prime mutata e in des: vt Eneas eneades: hippotes hippotades: anchises anchisiades: sed anchisides ꝓprie diceret. Si scđe primitiua declinatōis sint a gtō simplo i habēte formantur addita des: vt priamus priami priamides. duplex ij si fuerit posterior i in a ꝛ addita des: vt antoniades meneciades. si in ei gtūs finiat ei in ides mutat: vt peleus pelei pelides egides ticides. Tertie aūt declinatiōis si primitiua fuerint patronymica formant a dtō addita des. vt hectorides nestorides antenorides Poete tñ cā metri aliqñ addūt a: vt laomedōciades amphitrioniades laerciades atlanciades phetonciades. Qñqꝫ mutāt aut demūt litterā: vt scipiades scipioniades.

Patronymica sic formabis mascula primi.
Si flexus pater est tunc e mutes genitiui.
In des Eneades exemplum sit tibi verum
Si genitiuus habet patris i tunc des sibi subdas.
Priamides testis sin duplex ii genitiuo
Posterior mutetur in a: sed ei genitiuo
I des formabit pelides dat tibi pelei
Si flexus terni primum sit des dato terno
Hectorides velut est addunt a sepe poete
Ut laertiades dempta est quoqꝫ littera sepe.
Uel transmutata sic scipiades maro dixit

¶ Qualiter formant patronymica feminina: a patronymico masculino de remota: vt priamides priamis: antoniades antonias. Que vero in ne terminant a gtō primitiui formant: vt adrasti adrastine: nereus nerine. Si duplex ij in gtō fuerit posterius i o mutat: vt acrisione. Ab eus quoqꝫ masculino primitiui femininū in is vel in eis formát: eus in is vel in eis mutata: vt peleus pelis vel peleis filia pelei.

Femineum patronymicum dant mascula de si.
Sitqꝫ remota velut priamis tibi priamides dat.

De nominibus patronymicis.

Sic antoniades antonias esse probabit
J patris in genito tibi femineum dabit in e.
J duplex one formabit vt acrisione.
Eus recto dabit is vel eis testis tibi pelis

¶ Que noīa p patronymicis interdū ponunt possessiua: vt Juno dicta est saturnia.i.saturni filia. Scipio Emilianus: hoc est Emilij filius.

Pro patronymicis possessiuum bene pones.
Saturni nata iuno saturnia fertur
Emilii natus dicatur ꝛ emilianus

¶ Notādū q quedā patronymica improprio a noibus matrū deriuant vt Romulus dictus est iliades.i.ilie filius. ꝛ mercurius maiades.i.maie filius. Et ab auis maternis: vt atlanciades.i.mercurius atlātis filie fili9 ꝛ inachides.i.epaphus io.inachi filie filius. ꝛ a regibus vel cōditoribus vt cycropide.i.atheniēses.ab enea eneade.i.romani vel troiani. Jtem a noie fratris: vt phetonciades.i.sorores phetontis. Uirgilius. Tum phetonciades musco circūdat amare corticis.

Improprie patronymicum dant nomina matrum
Romulus iliades quem concipit ilia mater.
Maternisq ab auis patronymicum datur esse
Jnachides epaphus ita fertur dant quoq fratres
Et fundatores ꝛ talia nomina reges
Phetontis phetonciades dixere sorores
Cycropidis cycrops erat ꝛ rex primus ꝛ auctor.

¶ Quot modis cōponit nomē cum noie: tribus. qbus aut p solos rtōs ꝛ tūc ex vtraq parte declinat: vt respublica resmilitaris ecclesiastica priuata domestica familiaris: excipit solū alteruter. Nā leopardus nō reperit. Aut ex recto ꝛ obliquo: vel obliquo ꝛ recto: ꝛ tūc ex parte recti solū declinat: vt orbis terre vel terrarū paterfamilias: materfa.filiusfa.filiafa.magistermilitum.tribunusplebis.iurisperitus vel consultus. triūuir. decēuir. centūuir. Aut ex duobus obliquis: ꝛ tūc manebit indeclinabile vt huiusmodi/eiusmodi/illiusmodi/huiuscemodi/cuiusmodi ꝛc. terminātia in modi: vniusmoris ramispalmarū.

Rectos compone tunc declinabis vtrūq.
Excipis alteruter leopardus non reperitur.
Obliquus recto coniunctus non variatur
Sed declinatur rectus qui consociatur.

Jungens obliquos non variabis eos

¶ Si post nomē ꝓpriū viri sequat̄ nomē ꝓpriū loci tanꝙ agnomen vel cognomē. in quo casu ponet̄ nomē loci: mutabit in possessiuū nō in ablatiuū cū prepositiōe: vt Jesus nazarenus nō de nazareth. thomas tholosanus nō de tholosa. iohānes lōdoniensis nō de londonijs. Sin appellatiuū sequat̄ nomē ꝓpriū viri tanꝙ cognomē vel agnomē: in ablatiuo cū prepositiōe poni debet nō in possessiuo: vt Richardus de lapide/de monte: non lapidanus nec montanus.

Post nomen proprium mulierum siue virorum
In possessiuo tu propria pone locorum
Si sit cōmune sextum da preposito de:
Cesar romanus dicas de monte iohannes

PRonomē est qđ ꝓ noīe ponit̄: ⁊ demōstrationē relationē reciprocationē significat qbus nomē caret. Que ꝓnoīa sunt demōstratiua: ego tu hic ⁊ iste. Relatiua que sunt: sui ⁊ suus: ⁊ is et eius cōpositū idem. Que sunt qꝫꝫ relatiua ⁊ qꝫꝫ demōstratiua: duo. ille ⁊ ipse. Reciproca que sunt: duo. sui ⁊ suus.

Demonstratiua pronomina quattuor ista
Hic ego tu iunge quartum quoqꝫ dicitur iste
Is idem referunt nec in hoc suus ⁊ sibi desunt.
Ille scias ipse tum monstrant tum referūtqꝫ
Et suus atqꝫ sui voluere reciproca dici

¶ Quid interest inter gtīm primitiui hoꝝ ꝓnoīm mei tui sui ⁊ possessiuarū eorūdē meus tuus suus: Dico ꝙ mei tui sui nostri ⁊ vestri vtimur tantū passiue. Meus tuus suus noster ⁊ vester actiue sumunt̄: vt amor meus quo amo. amor mei quo amor. Unde possessiuis illis qꝫꝫ iungit̄ gtūs adiectiuoꝝ: vnius solius ipsius: vt memorabor iusticie tue solius. Solius eni masculini generis est: ⁊ ad deū refertur.

Dico meiqꝫ tuiqꝫ sui nostri quoqꝫ vestri
Passiue sumi meus ⁊ tuus ⁊ suus atqꝫ.
Nostrum cum vestrum tamen actiue bene pones.
Christus amor meus est christum me signat amare
Christus amore mei moritur noto nunc amor illo.

¶ Quid intelligit in possessiuo: gtūs sui primitiui ad quē depēdēt adiectiua relatiua ⁊ substātiua: vt mea vnius opera: tua solius grā: sua ipsi⁹ culpa. Ouidi⁹. Tu mea defūcti da molliter ossa cubare. Relatiua vt idē Non mea scripta leges q̄ sum submotus ad hystrū. Substantiuū vt in scriptura. Tulit filiū de latere meo ancille tue dormientis.

De pronomine.

In possessiuis primi latitat genitiuus
Mobile cui fixum poterisq; referre relatum

¶ Quot sũt ꝓnoia geminata? meme/tete/tutu/sese. Et tũc geminãt qñ ꝑ affectionẽ exprimunt. Virg. Meme assum ꝙ feci in me cõuertite tela. O rutuli sese. sui ⁊ suus reciproca sũt: qñ ad id vnde ꝓcierũt reuocant.

Affectus causa pronomina sunt geminata
Hec meme tete tutu sese tamen esto
Cum sermo vocatur ad id quod ꝫ ante preibat.

¶ Nota ꝙ tunc dicendũ est se simplex qñ aliquid ostendimus aliquẽ in aliũ fecisse: vt xp̃s ꝓ nobis se morti exposuit. Tunc vero sese geminatũ dicendũ est qñ aliquẽ in seip̃m quid fecisse ostendimus: vt in templũ Jouis contulit sese.

Se tunc dicamus cum quid fecisse notamus
Erga alium quēq; sese: sed dicere debes
Quãdo aliquid monstras sibi quod quis fecerit ipsi
In castrum sese recipit se dedidit hosti

¶ Hec p̃positio inter ꝓnomẽ se postulat p̃cedẽre nt̃o actõve casu. Nt̃o sic. Ciuitas illa est optima cuiꝰ ciues inter se virtutẽ exercent. Actõ sic. Fratres oportet inter se fideli aĩo esse. Qñ aũt gt̃us dt̃us aut ablt̃us antecedit nõ se sed ip̃os dicẽdũ est gt̃us: vt dissimilis maloꝝ hoiꝫ iter ip̃os vita est. Dt̃us: vt malis hoibus inter ip̃os dissentio est. Ablt̃us: vt errores a doctis inter ip̃os reprehẽdunt. In vero prepositio non se sed ip̃m postulat: vt prudẽs vir malũ qḋ in ip̃m recidere possit euitat.

Inter se poscit recto quarto preeunte.
Si preeat genitus ternus sextus petit ipsos
In sibi prepositum non se: sed postulat ipsum.

¶ Quid interest inter illa ꝓnoia hic iste ⁊ ille? Si de prima ꝑsona aut rebus ad illã ꝑtinentibus intelligimus ꝑ hic loquendũ est. si scd̃a ꝑ iste. sin de tertia ꝑ ille. Idem quoq; agendũ est de eoꝝ aduerbijs. Terẽtius in Ecyra Syra anus phyloti puelle ait. Cur non aut istec mihi etas aut forma: aut tibi hec sententia.

Sic distinguuntur nobis hic iste vel ille
Expedit hic primas personas iste secundas
Ille sibi ternam personam iungere curat
Hic meus iste tuus frater fuit ille iohannis.

¶ Nostras ⁊ vestras oĩs generis sunt: ⁊ nõ tñ patriã nationẽq; significant: sed etiã partes sectã ⁊ que sunt huiusmodi.

Nostras & vestras genus omne sibi retinebunt.
Nec tantum patriam designant aut nationem
Sed partes sectam quoq; dic ea significare

¶ Syllabice adiectiones ꝓnoim quot sunt? quattuor. met/te/ce/pte. Ce ꝓnoi hic hec hoc vocis cōmunitate iungit casibus q̄ in s desinūt. vt huiusce hosce hasce hisce. Sed hiccine illiccine isticcine siccine: cōponitur adiecta ci syllaba. & ne fere semꝑ interrogatiue. Met discretionis causa iungit cū ego sui ille ipse iste. Te ꝓnomini tu iungitur cū tu ad eā reuocatur ꝑsonam a qua sumitur: vt stude cur tute nō studes. Pte vero significātie causa additur ablt̄is possessiuoꝝ nō tm̄ femininoꝝ: sed etiam masculinoꝝ & neutroꝝ: vt meapte suopte.

Met: te: ce: pte capiunt pronomina quedam
Ille sui simul iste vel ipse tenent & ego met
Hic ce postponit sibi casibus in quibus s est
Te cum tu iungas tantum quando reuocatur
A quo percipitur tu fac cur tute facis non.
Possessiuorum sextis pte p preeunte
Nedum feminei generis: sed iungito primi

¶ Quot ꝓnoīa cōponunt ꝑ ntōs? tria. que? Iste hic is. Iste & hic secum cōponūtur: vt istic istec istoc. Is vero cū aduerbio demū cōponitur & fit idem eadē: idē qḋ significat is demū.

Casibus in primis componas hic is & iste.

¶ Notandū ꝙ iste spacio ꝓpinquiore dr̄ & quasi in ꝓsentia: & qn̄q; cū cōtēptu ꝓfert. Ille spacio longiore & quasi de absente dr̄. Ille etiā aliqn̄ ꝑ dignitatē aut eminentiā dr̄: vt Alexander ille magnus.

Hic de presenti spacio simul iste propinquo.
Ille tum de longinquo dic cum sit & absens
At cum contemptu quodam bene dicitur iste
Ille notat laudem magnus Cicero fuit ille

¶ Idem pronomen qn̄q; ponitur pro etiam tam in noīatiuo ꝙ accusatiuo. Unde Cicero hinc cōiuncta est beneficentia quā eandē vel liberalitatē vel benignitatē appellari licet: id est quā etiā cū noīatiuo. vt prudentia que eadem sapientia est.

Iungis idem quartis rectis etiamq; notabit

¶ Cum quot partibus cōponuntur ꝓnoīa? cū quattuor: cum noībus vt huiusmodi eiusmodi istiusmodi &c. terminantia in modi. cū ꝓnoībus vt istic/meme/tutu/sese. cū aduerbijs vt eccū eccā eccos eccas: ellum ellā.

cũ prepositione vt mecũ tecũ ꝛc.

Quadruplici parti pronomen iungitur arte
Nominibus pronominibus cum prepositisq̧
Ast aduerbia sunt pronominibus bene iuncta.

¶ Quot modis ponitur is ea id: duobus. Relatiue vt deus diligit bonos. Ego eũ colo. Et redditiue ponitur: vt is qui deũ colit est bonus.

Reddit is atq̧ refert poni sic sepe videmus.

¶ Ipse ipsa ipsum relatiue ponitur in tertia persona. Demonstratiue quando pro nominibus demonstratiuis discrete ponitur: vt egoipse tuipse. Inuenitur etiam sine pronomine. Virgilius. Ipse ratem conto subigit velisq̧ ministrat quasi solus. Et figurate cum verbis prime ꝛ secunde persone ponitur.

Ipse refert ac demonstrat solus quoq̧ signat
Atq̧ figurate tamen prima siue secunda
Verbi persona recte coniungitur ipsa.

¶ Hoc ꝓnomẽ ille etiã figurate apponit sed nõ sine alio ꝓnoĩe: vt Virgilius. Ille ego q̇ quõdã gracili modulatus auena. Et tu ne ille Eneas quẽ dardanio Anchise Alma venus Phrigij genuit symeontis ad vndã. Relatiue etiã ponit: vt Ego deũ colo ꝛ illũ cupio videre. Demõstratiue: vt viden tu illũ. Redditiue: vt ille q̇ legit discit.

Ille figurate ponas sic ille refertq̧
Demonstratiue nonnũq̧ reddit ꝛ ille.

¶ Quomodo differunt is ꝛ hic? Is spacio longiore accipitur. Hic vero propinquiore. Multis tamen in locis confunduntur: vt qui prefert virtutem diuitijs hic sane prudens est: vel is sane prudens est. Horatius tamen posuit ille pro is.

Is longo spacio capitur tamen hicq̧ propinquo
Ille locum tenet is sic Flaccus scripserat olim
Qui didicit patrie quid debeat ꝛ quid amicis
Quo sit amore parens qui frater amãdus ꝛ hospes
Quod sit proscripti quod iudicis officiũq̧
Partes in bellum missi ducis ille profecto.
Reddere persone scit conuenientia cuiq̧

¶ Quẽ casum ꝓnomẽ post se exigit: nullũ de sua natura: sed tñ tribus modis gtĩuũ ei adiungit. Primo modo hoc ꝓnomẽ suus a.um. positũ ꝑ ꝓprius a.um. Suũ grãmatici est cõgrue loqui. Scdo modo partitõe: vt scolariũ hic studet: iste scribit: ille disputat. Tertio modo qñ nomẽ laudẽ

vel vituperiū significans ꝓnomē sequitur: vt ego boni ingenij vel ingenio. Tu prauis moribus penas dabis.

Pronomen post se casum quandoqȝ secundum
Postulat vt quando partitio significatur
Cūqȝ suum proprium notat laus inde paratur
Uel probrum genito tunc aut sexto sociatur

¶ De relatiuis.

¶ Quid est relatiuū: qđ refert aliqđ precedēs. Quotuplex est relatiuū duplex. Relatiuū substātie: ⁊ relatiuū accidētis. Qđ est relatiuū substātie? qđ refert antecedēs substantiuū: vt qui que quod is suus ille idem. ⁊ scđm aliquos. Alius alter reliquus ⁊ cetera ceterū. Que sunt relatiua accidentis? que referūt antecedens adiectiuū: vt qualis/quantus/talis/tātus/quotus/quotenus/⁊ quotuplex.

Dico relatiua substantiue vocitata
Illud idem suus is ipsum qui nomen et addis.
Alter cum reliquus alius dant cetera quedam.
Sed talis tantus qualis quantusqȝ quotenus
Et quotus quotuplex sunt adiectiua relata.

¶ Quot modis ponit qui que qđ: tribus modis. Relatiue: vt sum pius Eneas raptos q̄ ex hoste penates Classe veho mecū. Interrogatiue: vt sed vos q̄ tandē q̄bus aut venistis ab oris. Itē infinite: vt nescio quā rē agas. Nota ꝙ relatiua substantie sepe ꝓ relatiuis accidētis ponunt: vt nō sū is quē credis. i. talis qualē credis. Cice. epl'ar. lib. i. Sed presta te eū q̄ mihi a teneris vt greci dicūt vnguiculus es cognitus.

Qui querit simul infinitat sicqȝ refert qui
Ut tibi virgilii monstrant exempla priora

¶ Nota ꝙ quis ⁊ qđ nunq̄ ponunt relatiue. Sed vel interrogatiue: vt quis es tu. vel infinite vt nescio q̄s sis aut qđ agas.

Infinitant aut querunt quis quid referunt non

¶ Quis vel qui ponit aliqn̄ ꝓ talis. Terētius. quis tibi videor. ⁊ Uirg. qui iuuenes quātas ostētant aspice vires. Itē qui ponunt ꝓ quō aut ꝓpter quid aut cur: aut qualiter. Terētius. q̄ scis eos nunc discordare inter se. Item qui istuc cedo.

Pro qualis quis qui poni quandoqȝ videbis
Hic qui propter quid pro quomodo qualiter aut cur.

¶ Notandū ꝙ hec nōia qualis quantus quotus quot cuius ⁊ cuias sumuntur relatiue vel interrogatiue vel infinite. Relatiue vt ego sum albus qualis es tu/magnus quātus es tu/oxoniēsis cuias es tu. Interro

gatiue: vt qualis es tu? quotũ annũ agis? quot nũmos habes? Infinite: vt nescio quantus cuias sis: aut cuia filia sit hec puella.

Hec qualis quãtus cuius cuias quotus & quot
Querunt vel referunt infinitantq; frequenter.

¶ Relatiua q̃ incipiũt a t capiunt relatiue: & copula mediãte: vt ego sũ albus & talis es tu. ego sũ magnus & tãtus est frater meus: ego multos habeo discipulos & tot hʒ socrates. Redditiue: vt ego sũ talis & tãt⁹ qualis & quãt⁹ es tu. Infinite bñ sequit cõiũctio q; vel vt: vt ego sum talis & tãtus vt nõ egeã opera tua. ego cupio talis esse vt felix videar.

Tot talis tantus referunt copula mediante
Reddunt ac infinitant vt quodq; sequente.

¶ Que relatiue geminant vel assumũt cũq;: vt q̃squis q̃cũq; quotquot quotcũq; qualisqualis qualiscũq;. Que ꝓprie posita vim habent ipsius relatiui simul cũ antecedẽte distributiuo: vt q̃squis aut quicũq; legit discit. i. oĩs q̃ legit discit. Ponunt etiã aliqñ ꝓ ipo relatiuo tantũ: vt deus oĩa quecũq; fecit: quecũq;. i. que. Et ꝓ distributiuo tantũ: vt ego diligo quẽcũq; hoĩem: id est oẽm hoĩem. Ponunt etiã infinite: vt Virg. Quicquid erit superãda oĩs fortuna ferenda est.

Que geminant & assumunt sibi cunq; videbis
Sepe relatiue poni vel distributiue
Aut infinite quisquis quicunq; probabunt

¶ Quis & qui cũ quibus & quõ componunt: patet in versibus.

Nũquis cũ siquis aliquis nequis dabis enquis
Quisq; putas quiuis quidam cum quilibet addis.
Quisnam quisq; piam quisq̃ quicũq; notabis

¶ De interrogatiuis.

¶ Quotuplex est interrogatiuũ? q̃ntuplex. Interrogatiuũ siue dubitatiuũ de duob⁹. De plurib⁹ a duob⁹. Possessiuũ gẽtile numerale. Qđ est interrogatiuũ de duob⁹? vter vtra vtrũ: cui ꝑ noĩa de duobus dicta respondet vt sunt alter alteruter vterq; neuter. Et ꝑ cõparatiua: vt querẽti vtra manus dextera dicat altera siue fortior respondeat.

Quinq; modis fiet tibi questio prima duorum
Ast vter ast illi per nomina dicta duobus
Respondi velut alteruter neuter simul alter
Jungis vterq; gradum qui comparat lisq; secũdum

¶ Qđ est interrogatiuũ de pluribus a duobus? quis: cui respõdetur ꝑ noĩa de pluribus dicta & suplatiua: vt querẽti Quis digitoꝝ nobis maxime seruit? respõdendũ est medius siue fortissimus.

Hoc nomen tibi quis vult querere plura duobus
Cui respondendum per nomina plura duobus
Suminos per gradus bene respondebitur ad quis

¶ Qđ est interrogatiuū possessiuū? cuius cuia cuiū. cui rñdendū est ꝑ ntīm ꝓnoīm qnqꝫ possessiuoꝝ. In aliis vero ꝑ gtīm: vt cuius est liber interrogāti: nō mei. sed meus siue donn est dicendū.

Per cuius cuia possessio queritur apte.
Quod poscit casum respondere sibi primum
Possessiuorum per cetera vult genitiuum
Dic michi dameta cuium pecus an melibei

¶ Quid est nomē interrogatiuū gētile siue patriū? cuias atis. Cui rñdēdū est ꝑ ꝓnoīa illa duo nr̄as vestras: ⁊ noīa gentilia: vt cuias est petenti respondendū nostras vestras Londoniensis.

Cuius gentile nostras petit et sibi vestras.
Atqꝫ loci nomen Cuias est oxoniensis.

¶ Quid est nomē interrogatiuum numerale siue ordinis? quot quotus quotenus quotuplus. qbus ꝑ noīa pluralitatē vel ordinē significātia est respōdendū: vt quot annos agis? viginti. quota est hora? prima. quoteni arant boues? bini trini ⁊c̄. quotupla est toga tibi? dupla.

Ordinis et numeri fit questio per quotus ⁊ quot
Quotenus quotuplus dicas quota nūc hora prima
Quot fratres tibi sunt septem: quotuplex tibi vestis.
Duplex: quoteni bini sulcabitis arua.

Verbū qđ est? Pars oratōis actionē vel passionē cū modo ⁊ tpē significās. Quot significata hꝫ verbū? Verbū est filius dei: vt verbū caro factū est. Verbū est deceptio. Terēti⁹. Cui verba dare difficile est. Et nota ꝙ verba dare est decipere. Sed verba facere idē est ꝙ loqui.

Filius est verbum deceptio parsqꝫ loquele.
Do tibi verba notat quod decipio facio sed
Verba loquor signat tu fac non des mihi verba

¶ Species verboꝝ principales quot sūt? duodecī. Actiua/passiua/neutra/cōis/deponēs/imitatiua/frequētatiua/diminutiua/desideratiua/cōtinuatiua/actū corporis non mētis affectū significātia/ꝑsonalis siue impersonalis. Quid est verbū actiuū? qđ in o desinit actm̄ post se poscit. Passiuūqꝫ accepta r littera ex se facit. Quot modis dicunt verba esse actiua? tribus. voce tm̄: vt metuo timeo. significatōe tm̄: vt facio noceo. voce ⁊ significatōe: vt accuso doceo. Que sunt actiua que sub voce passiua signi

ficant actionē: et sub voce passiua passionē. Oia illa que ptinēt ad sensuz vt video audio tango: vel ad timorē vt metuo timeo.

Actum significant actiua: sed excipiuntur
Sensum siue metum que designare videntur

Quot modis ɔstruūt passiua vba cū actō casu? tribus. pmo mō resoluēdo illud passiuū i gerūdiuū: vt capre pascūt siluas. i. pascēdo rodūt siluas. Scdo mō qn eius actiuū duos regit actōs: posterior eoꝝ illius passiuo iūgi poterit: vt doceor grāmaticā. tertio mō p synodochē: vt frāgor suras

Passiuum verbum quartum quandoqꝫ gubernat
Quando gerundiuum passo tu concipis illo.
Ast aliud verbum capre pascuntur vt herbas
Uel per synodochen veluti mea brachia frangor
Eius et actiuum quartum cum vult sibi binum

Quotuplex est verbū neutrū? quadruplex. Transitiuū/absolutū/neutropassiuum/ et neutrūpassiuum.

Est neutrū quadruplex verbū transit quoqꝫ primū
Hic abso lutum neutro passiuaqꝫ neutra

Qd est verbū neutrū transitiuū? qd quāuis in o sicut actiuū desinat: actiuā significationē et actm post se habeat: vt prandeo piscē siue ouum. ceno fercula multa. passiuū tn̄ non nisi in tertijs vtriusqꝫ numeri psonis habet: vt bibo bibitur bibunt: at bibor nō dicitur.

Transitiua petunt quartum casum sibi iungi.
Et passiuantur personis plurima ternis
Prandeo dic piscem prandentur dic quoqꝫ pisces

Qd est neutrū absolutū? qd actō nō iungit: vt sto nisi figurate. Quot modis possunt verba neutra et absoluta regere actm casū? quattuor. primo modo p subsidiū alterius verbi subītellecti. Uirg. in bucol. Formosum pastor coridon ardebat alexim. i. ardēdo amabat. Et exultabit ligua mea iusticiā tuā. i. exultādo laudabit. Scdo modo p prepositionē subintellectā: vt cōmissa mea pauesco. i. ppter cōmissa mea. Tertio mō p synodochen: vt doleo caput. Quarto modo p mutationē accusatiui in aduerbiū. Juuenalis. Qui curios simulant et bachanalia viuūt. Et in ecclesia cantat. Cuius fide deū viuit sanctus presul hugo.

Est absolutum quod non poscit sibi quartum
Ut feruet friget quarto tamen associatur
Subsidio verbi Corydon ardebat Alexim
Aut ope prepositi sicut cōmissa pauesco

Aut per synodochen doleo caput aut resolutus
Cum sit in aduerbium quartus: dinum cato viuit

¶ Neutropassiua que sunt? quoꝝ preterita sicuti passiua circũlocutionẽ habẽt: ⁊ sunt quattuoꝛ. Audeo/gaudeo/soleo/fido.

Neutropassiua sunt verbalia quattuoꝛ ista
Audeo gaudebo sollo coniungito fido

¶ Que sũt verba neutrapassiua? que sub neutroꝝ voce passiuoꝝ significationẽ habẽt: ⁊ sunt quinqꝫ. Exulo/vapulo/veneo/fio/nubo.

Exulo sic vapulo fio cum veneo nubo,
Passiuum sensum neutroꝝũ voce tenent hec

¶ Qd est verbũ imitatiuũ? qd in so vel i oꝛ terminat ⁊ a noib9 formatur: ⁊ significat imitari moꝛibus. Primitiua vt a patre patrisso: a matre matrisso/fratrisso: a phũs philosophoꝛ aris: a rhetoꝛ rhetoricoꝛ aris.

Est imitatiuũ foꝛmatum nomine verbum.
Denotat ⁊ moꝛes studium quoqꝫ nos imitari.
Philosophus dat philosophoꝛ pater atqꝫ patrisso

¶ Qd est verbũ frequentatiuũ? qd in to so vel xo terminat: vt ostento as. curso as. nexo as. ui. ⁊ significant actũ suoꝝ primitiuoꝝ cũ frequentatione: vt clamito as. i. frequenter clamo.

To so xo finem dant verbula queqꝫ frequentant
Ut nexo curso sic clamito clamo frequenter

¶ Qd est verbũ diminutiuũ? qd diminutionẽ sui primitiui significat. et terminat in co vel in lo: vt fodico as. albico as. sorbillo as. cauillo as.

Diminuunt colo fodico velut atqꝫ cauillo.

¶ Qd est verbũ desideratiuũ? quod in rio vt esurio finit: ⁊ significat nõ meditoꝛ sed cupio: vt lecturio cupio legere: parturio cupio parere.

Non meditatiuum rio: sed desideratiuũ.
Est verbum pario cupio parturio signat.

¶ Quid est verbũ cõtinuatiuũ? qd in sco desinit: vt soꝛdesco/ cõualesco. Et significãt nõ inchoationẽ sed incrementũ assiduũ atqꝫ continuũ. Uirgili9. Fluctus vti medio cepit cũ albescere ponto. Itẽ. iij. georgico. Sin in ꝓcessu cepit crudescere moꝛb9. Hic albescere ⁊ crudescere nõ inchoationẽ significãt qd ostẽdat ex illo verbo cepit illis adiũcto.

Auget continuat dans sco non inchoat apte
Qui soꝛdet soꝛdescat adhuc sacra littera dicit
Hoc est soꝛdidioꝛ fiat non incipiat nunc.

¶ Qd est verbũ actũ coꝛpoꝛis nõ mentis affectũ significans? qd in so fi

nitur: vt viso is. capesso is. Terentius. Id viso tun an illi insaniant. i. venio ad videndū: vt exponit Donatus. Salustius etiā. Expgiscimini aliquando ⁊ capescite rempublicam.

Corporeum motum verbū quod terminat in so.
Signat non mentis affectum: viso videre
Non cupio signat: sed ad illum vado videndum.

Vð est verbū psonale: qð psona ⁊ numero est determinatū: vt amo amas amat. lego legis legit. Vð est verbū impsonale qð psona ⁊ numero est indeterminatū: vt tedet/itur.

Quod sibi personam numerū quoqꝫ terminat illud.
Est personale: quod non determinat hoc est
Impersonale sunt tedet amo tibi testes

Nota ꝙ impsonale actiuū cū ntō iunctū psonale fit: vt oīa mihi licēt: sed nō oīa expediūt. Passiuū impsonale ab actiuo verbo vel neutro actionē tm̄ significāte format. Ab aliis aūt defectiuis nullo modo.

Actiuum sine persona iuncto sibi recto
Fit personale verbum tibi cuncta licebunt
Semper ab actiuis impersonale creabis
Aut neutris illis quibus actio significatur
A defectiuis impersonalia non sunt

Nota ꝙ verbū impsonale passiue vocis actiue est exponēdū. Terentius. qd agitur ꝓ qd agis. Statur ꝓ sto exponit Donatus.

Passiue vocis impersonaleqꝫ verbum.
Actiue debes exponere nam notat actum.

Notandū ꝙ impsonale pn̄tis tp̄is infinitiuo pn̄tis tp̄is iungit. si vero sit preteriti vtendum est infinitiuo passiuo: vel preterito tp̄e infinitiui: vt oportet scribere oportuit scripsisse vel scribi. Per participiū etiā preteriti tp̄is hoc idē frequentius d̄r: vt Terētius. Adulescēti morē gestum oportuit: ꝓ morē gessisse. i. placuisse.

Infinitiuū presentis temporis apte
Temporis eiusdem sine persona dato verbi
Si sit preteriti tunc passiuo puto iungi
Actiui vel preterito vel participanti.

Qui modi pro aliis ponunt. Preteritū plusq̄pfectū indicatiui modi tp̄s ꝓ eodē tp̄e coniunctiui elegāter ponit: vt si studuisses doctus euaseras ꝓ euasisses. Impatiuus ꝓ optatiuo scripturarū more ponit: vt sanctificet nomē tuū: ꝓ vtinā sanctificet. Optatiuus siue coniunctiuus ꝓ in-

finitiuo: vt dixisses ꝑ dicere debuisses. Cõiunctiuus ꝑ indicatiuo ponit velim ꝑ volo. Infinitus modus ꝑ preterito imꝑfecto tꝑe indicatiui ponit. vñ Salustius. Igitur reges populiq̧ finitimi bello tẽtare. Pauci ex amicis auxilio esse ꝯtentabãt erant. Idem paulopost. At romani domi militieq̧ intenti festinare parare. alius aliũ hortari: hostibus obuiã ire: libertatẽ patriã parentesq̧ armis tegere.

Pone modi primi tam pro sein tempore quarti
Scripserat hic librum modo si sibi penna fuisset
Proq̧ modo terno posuit scriptura secundum.
Tertius ⁊ quartus pro quinto est sepe repertus
Carmina scripsisses pro scribere ponere debes.
Pro primo quartum pones vt pro volo velim.
Infinitiuum pro tempore pone secundo
Indicatiuorum: sed ⁊ imperat hic aliquando.

¶ Sciendũ verba varios casus regẽtia nõ esse cõiungẽda. male enĩ dr nec nocuisti nec adiuuisti qm̃ mihi ⁊ me diuersoꝝ casuũ intelligunt. Bene vero hoc modo dr. nec offendisti nec adiuuisti.

Qui varios casus poscunt ne iungito verba
Sed similes casus poscentia iungere possis

¶ Qñ vtendũ est cõmodius impersonali verbo passiue vocis? qñ actus aliquis dr fieri a multis confuse ⁊ indeterminate sine certo aliquo noĩe vel noĩbus: vt in his vulgaribus. They labour in the felde. Laboratur in agro. They fyght in the playne. Pugnat in plano vel in cãpo. They synge in the qWere. Cãtatur in choro. They rynge to masse/to matyns to euensonge/to dyner/to soper. Pulsatur ad missam/ad matutinas/ad vesperas/ad ientaculũ/ad prandiũ/ad cenam ⁊c. Et nota q̄ non poteris apte dicere. Missa pulsat eo q̄ pulsare actum corporis significat. Missa vero res incorporea est.

Impersonale passiuum sumere possis
Quando suppositum certum non respicit vllum
Itur in antiquam siluam: pugnatur in agro.
Et si corporeum verbum quod denotat actum.
Res incorporeas pro supposito sibi iungat
Pulsatur nona non dicas: dicere debes
Ad nonam pulsatur: ⁊ ad ientacula dudum

Quare dr aduerbiũ? q: stat ad verbũ: hoc est iuxta verbũ. Nam ad iuxta significat sicut in elegãtijs patet. Ubi ponẽda sunt aduerbia

In nouis patrib[us] [illegible]

De aduerbio.

in cōstructiōe? post verbū preter monosyllaba que preponunt: vt iā nūc tunc cū dū mox vix. Et cetera aduerbia que cōtinent in versibus.

Hec preponuntur verbis aduerbia non ne
Nunc cum dum vix mox & syllaba que tenet vna
Demonstratiua simul ac interrogatiua.
Et dubitatiua sunt semper prepositiua
Quod vocat hortatur optat simul associatur

¶ Que aduerbia casus exigūt? Aduerbia tēporis/loci/quātitatis/& cōparatiuis gradus. Tēporis aduerbia nūc tūc gtm̄ exigūt: vt nunc dierū p his dieb[us] vel hoc tpe. Terēti[us]. Nāq3 hoc tpe obsequiū amicos veritas odiū parit. Tūc tpis p illo tpe. Aduerbia loci etiā gtm̄ regūt: vtybique locoꝝ. i. in oībus locis. vbicūq3 quocūq3 locoꝝ vel terrarū: nusq̄ gētiū minime gentiū in conuiuiū illā. Terētius in Eunucho ait. Auerbia quātitatis: vt multū parū modicū: sat satis vini bibi.

Ista regunt casus aduerbia sepe secundos
Temporis atq3 loci iungas aduerbia quanti.

¶ A q̄bus partibus deriuant aduerbia? a seipsis: vt a clam clāculū: a sepe sepius. A noībus: vt a tullius tulliane: latin[us] latine. A verbo siue pticipio seu participiali noīe: vt sētio sensus sensim. sto status statim. singultio singult[us] singultim. Uel a noīe & verbo: vt a pede & tēto pedetētim: a viro viritim: ab hostio hostiatim: a vice vicissim. A pnoīe: vt hic illic: ab hic hec hoc & ille. A prepositōib[us] vt ab ex extra: ab in intra: ab con cōtra

Nominibus tu de proprijs aduerbia formes
A pronomine vel verbo vel participiante
Sic a preposito iungas aduerbia secum

¶ In q̄bus casibus ponunt noīa aduerbialiter? in oībus. Nō. Uirg. xi. Fors & vota facit cumulatq3 altaria donis. Gtō: vt ppria noīa locoꝝ & q̄dā appellatiua: vt domi belli militie humi. Dtō: vt vesperi sorti ruri. Terēti[us]. Quē ne ego heri vidi ad vos afferri vesperi. Uirg. in. iij. georgic. Sūt q̄bus ad portas cecidit custodia sorti. Terēti[us] in phormione. Ruri se continebat. Actō: vt ppria locoꝝ & appellatiua supradicta post verbū significās motū ad locū. Terētius in andria. Qd̄ tu athenas insolēs. In Eunucho. Ego rus eo. Ablātō: vt forte sponte. Uirg. in bucol. Forte sub arguta cōsiderat ilice Daphnis. Idē in eodē. Alternis dicetis amāt alterna camene. Alternis. i. alternatim. Propria quoq3 noīa locoꝝ & appellatiua supradicta a loco vel p loco significantia.

Per casus quinos aduerbia nomina ponis
Fors rome ruri romam roma tibi testes

¶ Quot sunt deriuatiuoꝝ aduerbioꝝ species? tres. Aut eni cōparatiua

sunt: aut superlatiua: aut diminutiua: vt bene melius optime belle: clare clarius clarissime: primū primulū: longe longule.

Tres species aduerbia deriuata tenebunt
Comparat aut superat aut diminuentia dicas.

Quot sunt aduerbia locorum interrogatiua? quattuor. vnde/ vbi/ quo qua. Quo petit actm̄ sine prepositiōe si ꝓpria noīa sint villarū aut vrbiū nō cōposita supradicta quoqꝫ appellatiua cū prepositiōe: cetera ꝓpria ⁊ appellatiua. Vnde ⁊ qua abltm̄ poscūt simili pacto. Vbi tñ gtm̄ postulat si noīa (vt supradictū est) prime aut scđe sint declinatiōis ⁊ numeri singularis: vt fui rome domi Eboraci. Sin tertie declinatiōis aut pluralis numeri sint: in abltō sunt ponēda: vt rure Londonijs fui.

Quattuor hec aduerbia sunt loca que tibi querunt
Ad loca quo possit: qua per loca: de petit vnde.
Inqꝫ loco querit vbi quo casum sibi quartum
Vnde petit sextum cum qua: sed vbi variatur.
Nunc genito nunc ⁊ sexto casu sociatur

Inueniunt etiā noīa ciuitatū cū prepositionibus sepe ꝓlata: maxime apud historiographos. Vnde Salustius. Nā cū brutus ab roma aberat Idē in iugurtino ad cirthā opidū iter constituit.

Sepe locis voces auctores prepositiuas
Addunt: ad cirtham dixit Salustius ille.

Nota ꝙ ꝓnoīa ꝓ aduerbijs ponunt̄. Virg. in. ix. hoc tūc ignipotēs celo descēdit ab alto. hoc ꝓ huc. Idē in p̄mo. Nāqꝫ videbat vti bellātes ꝑgama circū. hac fugerēt graii p̄meret troiana iuuēt⁹. hac friges istarēt. hic loci aduerbiū est ⁊ aliqñ tp̄is. Terēti⁹. hic ego illū cōtēpsi pre me.

Ponitur hic pro tunc dicit Terentius illum
Hic ego contempsi pre me Maro ponit ⁊ hoc huc

Qualiter differūt intus foris intro ⁊ foras? intus ⁊ foris iūgunt̄ verbis aut participijs ꝑmanētiā in loco aut motū i loco significātib⁹: vt ego sto intus: tu ābulas foris: vel motionē de loco: ꝑposita eis prepositiōe de vt venio deintus: tu venis deforis: sed intro ⁊ foras iungunt verbis vel participijs significātibus motū ad locū: vt veni intro: exi foras.

Istas foras intro designant ad loca tantum
Deqꝫ loco simul inqꝫ loco signant foris intus.

Aduerbia terminātia in a q̄ sūt? Ita puta ꝑterea interea postea āteavna qua nequa roma ⁊c̄. loco ꝓpria p̄me declinatiōis in abltō aduerbialiter ponunt̄. In e terminant̄ pone pene ne ꝓpe nēpe q̄ppe sepe inde: ⁊ ex eo cōposita deīde subīde ꝑinde exinde ꝓinde: q̄ ƒm Prisc. antepenultimā habēt acutā. Deriuatiua aduerbia in e: vt ꝑegre īpune abunde

rite. Nota quoqꝫ ꝓ aduerbijs in e correptā desinētia inuenimus: vt facile forte sublime ipōre mane. In e ꝓducta primitiua nō sūt sed deriuatiua a noib⁹ scd̄e declinatōis quoꝝ dt̄us i o desinēs in e lōgā cōuertit̄ ꝛ fit aduerbiū: vt clare optime pulchre affabre. i. artificiose sane. Multa tñ ex supradictis noibus ip̄a terminatōe datiui ꝓ aduerbijs ponunt̄: vt falso ꝯsulto postremo sedulo auspicato augurato manifesto priuato precario merito cito sero modo necessario ꝛ necesse d̄r ꝛ eget verbo substantiuo. Sūt ꝛ quedā ex eadē declinatōe quoꝝ neutra ꝓ aduerbijs accipiunt̄: vt multū nimiū verū ꝛ vero primū ꝛ primo. Que sunt aduerbia a noibus scd̄e declinatōis deriuata que in e ꝛ in ter formant: patet ꝑ versus.

Humane dure large firmeqꝫ benigne
Ignaueqꝫ probe vel auare siue proterue.
Inde noue plene vel abunde siue seuere
Ample festine blande meste vel amice
Asperiter munde dic equiter ac inimice
Ac iracunde temere coniunge superbe
Preclare pure misere dic prosperiterqꝫ

¶ In i desinētia aduerbia sunt: ibi vbi heri. d̄r tñ here. Iuuenalis i ꝓso
Res hodie minor est here q̄ fuit: atqꝫ eadē cras deteret exiguis aliqd. Horatius in. ij. sermo. Nā mihi cōtinuā querēti dictus here illic. de medio potare die. Alia vero in i terminata sūt noia ꝓpria in gt̄o aduerbialiter posita: vt Eboraci Norwici Tyri Ephesi. Noia appellatiua: vt belli domi humi. In dt̄o etiā: vt ruri sorti vesperi: ꝛ q̄ ablt̄us vt supra memoraui. In o: vt quādo cū cōpositis siqñ neqñ aliqñ q̄ ātepenultimā habēt acutā ne due partes esse putent. Deriuatiua in o citro vltroqꝫ. anglice hyder ꝛ thederꝛ: or to or fro. intro presto ꝓfecto. Alia vero noia vel ꝓnoia sūt aduerbialiter posita: vt falso merito sedulo cito sero vero vtro vtroqꝫ quo aliquo eo illo. Que aduerbia in u terminant̄: pauca denoiatiua diu interdiu noctu. Astu eni nomē indeclinabile est vt cornu.

Hec aduerbia sunt noctuqꝫ diu simul inter
Iunge diu nomen tamen est quod dicitur astu.

¶ In c terminata inueniunt̄: sic donec qd̄ donicū Plautus dixit. Et ꝓnomia hic illic istic: huc illuc istuc: hinc illinc istinc: hac illac istac: adhuc abhinc ꝛ dehinc. Elegantiā hoꝝ nota in versibus sequētibus.

Hic huc presentem simul hinc signare locum dic
Illi qui loquitur istic istuc simul istinc
Illi cui loquimur variūqꝫ locum petit illic
Illinc atqꝫ illuc tibi significare ab vtroqꝫ

¶ In l paucа inueniunt̄: semel pol edepol. In am primitiua clam corā.

Deriuatiua seu cōposita neq̄q̄ nequaq̄: haud quaq̄ neutiq̄. Preterea q̄ qn̄ sil'itudinis cōparatōis seu electōis aduerbiū est: bifariā trifariā quadrifariā oīfariā multifariā obuiā pperā. In em itē tandē itidē ibidē indidē.i.statim ab inde ⁊ demū ppediē. In im denoīatiua sūt ⁊ verbalia siue participalia: vt partum viritim vicissim hostiatim statim raptim saltim cursim strictim furtim sensim sigillatim affatim.i.abūde correpta fa syllaba priuatim paulati preserti cōfestim tractum carptim ducti. In um primitiua pauca sūt: iterū sursum rursum rursus prorsum ⁊ prorsus quorsum. Deriuatiua siue cōposita sunt dextrorsū sinistrorsū: sed Plautus dextrouersum deorsū sursū seorsū antrorsū retrorsū vel retrouersuz vtroq̄uersum sil'r actutū.i.celeriter. Noīa etiā in eadē terminatiōe aduerbia sūt multū primū ppemodū mirūimmodū maiorēimmodū ⁊c. In n vt forsan forsitan. Et in r primitiua cur ⁊ pēr qn̄ pro valde accipit. In ter deriuatiua a noibus tertie declinatōis: vt humiliter fortiter viriliter feliciter prudēter sapiēter audacter p syncopam p audaciter a difficilis difficulter a facilis facile nō faciliter: vt in elegātus ptz. Ter quater obiter.i.interim vel iterū dū est in itinere. sil'r paulisper tantisper parūper aliquātisper memoriter aliter. In as ab alio alias. in es vt sodes hercules. Et numeralia aduerbia a q̄nq̄ ad mille q̄nquies ⁊c. In is nimis satis: qd̄ etiā loco noīs positiui ponit. Satis satius p melius. Virg. in bucolicis. Nonne fuit satius tristes amarilidis iras. Atq̄ supba pati fastidia secius.i.segnius. Interea tota nō secius acre iungit.

Est satius melius secius dic segnius esse

¶ In us correpta. penitus rursus ⁊ rursum ⁊ prorsus ⁊ prorsum: secus id est aliter.

Secus est aliter iuxta: sed c sine visu.

¶ Celitus stirpitus funditus radicitus morditus diuinitus humanitus eminus ⁊ cominus aduersus ⁊ aduersum nullus p nō. Terētius. at nullus q̄dez. ⁊ oīa noīa cōparatiui gradus in neutro genere nti singularis aduerbialiter poni possunt: vt clarius melius iustius.

Comparatiuus in us vt iustius altius atq̄
Cetera lege pari possunt aduerbia poni

